

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Instante jam festiva solemnitate
Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, pergrata
mihi datur opportunitas Eminentiae Vestrae
impensos voluntatis meae et observantiae sensus
declarandi ac simul faustissima quaeque ex
imo pectore exoptata offerendi.

Dignetur Sanctissimus Redemptor
Noster hasce preces et vota mea adimplere,
atque Eminentiam Vestram, caelestibus
donis quam uberrimis cumulatam,
diutissime servare incolumem.

Quae ut jucunda acceptaque habeat
precari ausim Eminentiam Vestram,
Cujus manus humiliter deosculor.

Eminentiae Vestrae Reverendissimae

Humillimus ac devotissimus verus famulus

Mechliniae, die 25. Novembris 1912. + D. D. (an). Meier,

Arch. Mechlin.

Emo ac Rmo Dno

Dno Cardinali Bourne

Archiepiscopo Westmonasterien.